



Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

IV. Quam ob causam introductæ sint Decimæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

- nes; maxime quia contra divinum præceptum nulla datur consuetudo, aut dispensatio, quæ tamen in solutione decimarum admittitur, *ut infra suis locis dicemus.* Illud sane non inficior, jure naturali & divino teneri subditos ad sustentandum pastorem animarum suarum indigentem, *ut post D. Thom. Sot. & alios optime probat Covar. d. num. 2. & 3. Vasq. Turrecr. & Navar. locis citatis.* Quoad substantiam ergo, hoc est, quoad congruam sustentationem ministrorum, dici possunt ÷ decimæ de jure naturali, & divino; quoad modum vero; quod nimirum hæc sustentatio fiat per viam decimarum, id est de jure humano, ut late, & optime explicant præcitati Doct. & in hoc consistit hæc opinio, quæ etiam vel ex eo probabilis redditur, quod præceptum decimarum ÷ inter ecclesiæ præcepta numeratur.

QUÆRO TERTIO, *An decima præcepta sint jure Pontificio?*

- 18 Respondeo, ÷ omnibus notum esse, quod sic; de hoc enim sunt infiniti prope *tex. in cap. decima, 16. q. 1. communes decima, 16. q. 7. & omnes cap. tam Decret. quam 6. & clem. sub hoc tit. de decim. ubi omnes hoc clamant, & in Conc. Magunt. c. 38. sic dicitur, admonemus, atque præcipimus, ut decimas dari de omnibus non negligatur, quia Deus ipse sibi dari consuluit, & Conc. Trident. sess. 25. c. 12. de refor. docet, decimas debitas esse Deo, & qui eas dari noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadere, earumque solutionem præcipit sub pœna excommunicationis.*

QUÆRO QUARTO, *Quam ob causam introducta sint decima?*

- 19 Respondeo, multas ÷ esse causas, ob quas introductæ sunt, quas recenset inter alios *Rebus. d. tract. q. 2. m. 1. & seqq. Tynd. d. tract. num. 14. cum seqq.* sed illæ duæ præcipuæ sunt; Altera, quod Deus O. M. ÷ eas sibi reservavit in signum universalis dominii, *c. cum non sit, & c. tua, il. 2. de decim. & colligitur ex Concil. Magunt. & Trid. locis alleg. hanc causam refert Rebus. d. q. 2. nu. 1.*

Tyndar.

Tyndar. d. tract. num. 17. & 43. & Andr. Hisp. d. vers. decima est iure naturali, num. 8. & hoc firmant canonistæ omnes, in c. 1. de decim. in 6. ubi Franc. hanc communem opinionem dicit; & amplectitur etiam Boer. decis. 236. & Capit. decis. 20. nu. 5. Vir. opin. 153. verbo, consuetudo non solvendi, Benincas. tract. de paupertate, q. 7. in 6. speciali, n. 2. Altera causa est † sustentatio ministrorum Dei, & ecclesiæ, c. si ergo, 12. q. 1. e. novum, de decimis, quod idem annotarunt Tyndar. Rebus Hisp. locis citatis, Covar. d. c. 17. nu. 2. Sarment. de reddit. ecclesiæ, cap. 4. nu. 8. D. Thom. q. 87. art. 1. Sotus d. l. 9. q. 4. art. 1. & alii quotquot de decimis scripserunt.

SUMMÆ RERUM.

- 1 Definitio decima; qua explicatur. num. seqq.
- 2 Decima solvitur de omnibus bonis, licite quasitis, numero 3.
- 4 Decima est quota pars, hoc est, unum ex decem; & si quando solvitur duodecima, quintadecima, vel alia quota, ea habetur pro decima. num. 5. & cur hæc potius quota, quam alia electa sit à Deo. numero 6.
- 7 Denarius numerus est primus terminus numerorum, & perfectionem significat.
- 8 Deus reservavit decimam partem tamquam Levitis sufficientem, populo autem non molestam.
- 9 Primitiæ, & oblationes in quo differant à decimis; & quid sint. num. 10.

CAP. II.

Quid sit Decima.

QUÆRO PRIMO, De definitione decima.

Responderetur, quod omnis aliis descriptionibus, sic potest † definiri, omnium bonorum licite quasitorum quota pars Deo ejusque ministris, divina institutione;